


44152654

B 1253









75.
594

ASSERTIONES IURIDICAE DE TESTAMENTIS ET CODICILLIS.

*Quas
FORTVNANTE & bene aspirante aeterno
DEO*

PRAESIDE D.N. STATIO
BORCHOLTEN V.I. D. ET PRO-
fessore publico in illustri Illustrissimi
IVLII Academiâ ad disputan-
dum publicè proponit, & pro
virili defendere cona-
bitur.

MELCHIOR HORST, SILESIUS.

*Fiet disputatio in auditorio maiori 7. die Augusti
hora 6. matutina.*

H. 3.

1696

HELMAESTADII
Excudebat Iacobus Lucius, Anno
M. D. XCVI.



DEO TRINO. ET VNI.

ET

NOBILITATE GENERIS,
VIRTUTE, ERVDITIONE, ET MAG-
NA RERVM GERENDARVM EXPERIEN-
tia ac prudentiâ excellentissimo Viro Dn. Johanne von Zedlitz
auff Wilckaw / optimè & laudabiliter constituti Iudicij
Cæsarei in inclyta Suidnicensium vrbe Assesso-
ri prudentissimo & dignissimo, Domino
patrono & fautori meo ho-
rando.

Nec non

380/44/52654(2)


HUMANISSIMO, INTEGRIRI-
MO QVE VIRO DN. MATHAEO Heinrichen in arce
Euita praefecto meritisimo & vigilantisimo, affini
& amico meo colendo,

hasce subsequentes enunciationses legales
publicæ velitationi propositas

In obseruantia tesseram, Academici exerci-
ti signum & studiorum quale quale
testamen

offerco consecroq;

Melchior Horstius Silesius
Respondens.

THESSIS I.

595

Defertur hereditas vel mediatae, testamento sc. & codicillis, quæ Testamentaria a, vel immediatae, hoc est, ab intestato, quæ n*on* legitima nuncupatur b. De Testamentaria in præsenti verba facere constitui-mus.

a §. vlt. in fin. inst. per quas pers. cuig. acquir. l. i. §. ff. de vulg. & pup. subl. illud §. i. ff. de iur. codicill. b l. 8. de petit. hered. l. 3. s. de illo. ff. pro soci. Dn. preceptor Forsterus de success. ab in test. lib. l. c. 12. & 13.

2. Testamentum (à mentis testatione dictum a) IC. Modestinus rectè definit, voluntatis nostræ iustum sententiam, de eo quod quis post mortem suam fieri velit b. Cuius origo Iurisgent. Forma verò & solennia iure ciuili introducta sunt c.

a pr. Inst. de testam. ordin. ubi Dd. com. b l. i. ubi Gothfred. ff. qui test. fac. poss. Myns. in l. pr. nu. 7. & seqq. c Cicer. 3. de Finib. Pinell. in rubr. p. i. c. i. nu. 13 C de rescind. vend.

3. Tria veteribus testamentorum genera visitata fuere: Vnum tempore pacis quod calatis comitijs: alterum, tempore belli, quod in procinctu appellabant: Tertium quod per æs & libram condebatur a. Quibus exfoletis, hodierno vsu, duæ testamentorum species supersunt, Paganum, & Militare b.

a §. sed vi nihil Inst. h. t. ubi Dn. Praeceptor Borch. Vlp. in fragm. tit. 20. §. i. b l. hac consal. 21. §. per nuncupat. C. b. iit. VVes. in parat. n. 7 ff. eod. Schneid. Inst. h. t. sub questione de speciebus testam. nu. 9.

4. Vtrumq; vel per scripturam fit, & scriptum siue εγγραφον dicitur: vel per nuncupationem, quod nuncupatiuum siue εγγραφον nominatur.

A 2

d. l. hac

*d l. bac consult. 21. C. b. t. l. 21. in pr. ff. qui test. fac. poss. l. 20. §. 1. ff.
de vulg. & pup. subst.*

5. Scriptum testamentum est, quod à testatore in scripturam redactum, septem testium præsentium singulariter ad id rogatorum subscriptione & ob-signatione confirmatum est *a*. Nuncupatiūm verò dicitur, in quo testator adhibitis septem testibus, æquè ad id rogatis, heredem viua voce nuncupat, & voluntatem suam exponit *b*. Quæ omnia uno contextu, nullo actu extraneo interueniente confici & absolui debeat *c*: nec refert in quacunq; materia testamentum scribatur *d*.

a §. sed cum paulatim. Inst. b. tit. d.l. 21. §. 1. ff. eod. d. l. 21. in pr.
& l. 28. cum l. seq. C. de testam. *b* dd. modo locis & §. fin. Inst.
h. ii. ubi Dn. Borch. *c* d. §. sed cum paulatim. d.l. 21. in fin. ff. d.
tit. & d.l. 28. C. a. t. *d* §. 12. Inst. h. t.

6. Quæri hic potest, an testamentum nuncupatiūm postea à Notario in scripturam, ut plerunq; fieri solet, conuersum, scriptum testamentum ob id appellari recte queat? Negamus.

cum Myns. in §. fi. sub fin. Inst. h. t. n.

7. Cæterūm cum non omnibus testamenti factio sit licita *a*, animaduertendum nobis venit, an testator testandi facultatem habuerit, & an iuxta præscriptas Iuris solennitates testamentum condiderit *b*.

a pr. Inst. quib. non est permis. fac. test. *b* l. 4. & 19. ff. qui
test. fac.

8. Facultatem testamenti ordinandi interdicit vel Natura, vel Lex: Natura propter animi defectum à testamento condendo remouet impuberes *a*, furiosos *b*, prodigos *c*: propter vitium corporis mutum & surdum simul *d*, cæcum *e*.

a §. præterea. Inst. quib. non est permis. ubi Viglius. nu. I. & alij.
l. 5. ff.

X.

1. s. ff. b. t. l. 4. C. qui testam. fac pos. b d. s. præterea. l. 2. l. 16. s.
1. ff. d. t. ante furorem vero vel eo cessante per dilucida interualla
recte testantur, a. l. 4. C. d. t. vbi Gothosr. c. s. item prodigus.
Inst. d. t. vbi Schneid. nu. 1. & in §. furiosi n. 7. Inst. de curator. l.
18. ff. b. tit. In prodigo autem sententiam magistratus declarato-
riam requirimus. l. 1. 10. & l. pen. in pr. & §. 1. ff. de Curat. furiosi.
Gail. 2. obser. 51. nu. 2. d. & bi à natura. s. item surdis vbi Vigl.
& Myns. Inst. d. t. l. 10. C. qui test. fac. l. 6. s. 1. ff. eod. e. s. cæcus.
Inst. d. t. vbi Schneid. nisi obseruatis à Inst. prescriptis solemibus.
in l. bac consultriss. 8. C. d. t.

9. An vt prodigus, ita & mulier luxuriosè viuens testari
prohibeatur quæstionis est elegantis? Placet Negatiua.

10. Lex testari verat potestati alienæ subiectos, vt filios-
sam. seruos a, statum non habentes vt obsides b, captos ab
hostibus c.

a. pr. Inst. quib. non est permitt. vbi Dn. Borch. Vigl. Myns. Schneid.
& Dd. com. l. 6. in pr. l. 16. ff. h. tit. l. 3. l. nemo. C. qui test. fac. b. l.
11. ff. eod. l. 10. ff. de testam. mil. l. 31. ff. de iure fisci. bis tamen prin-
cipis indulcio subuenitur. c. s. fin. Inst. b. tit. l. 8. ff. eod. non autem
in captis à latronibus hoc procedit. l. 13. in pr. ff. h. t. l. 1. in pr. de leg.
z. l. 19. s. 2. l. 24. & 27. ff. de capt. & postlim. reuersi.

11. De bonis Castrenibus vero & quasi filium f. cum eo ca-
su pro patref. habeatur liberè disponere posse expressi iu-
ris est a. An idem in iis bonis aduentitiis, vbi nec vñusfr.
patri acquiritur, obtineat, disceptationis est controversæ?
Ab affirmatiua, vt pote veriore, minimè recedimus b.

a. d. pr. Inst. b. t. l. 6. s. fin. ff. de iniusto rupio irrito fact. test. l. 22.
de test. mil. l. pen. & vlt. C. qui test. fac. b. Vlp. in fragm. tit.
20. s. 10. l. fin. s. ipsum s. vers. filius. C. de bon. quælibet.

12. Quæritur, an vt serui, ita & Monachi, qui in supe-
rioris vel Abbatis potestate sunt, à testamento faciendo ar-
ceantur? ante monasterii ingressum, conditum testamen-
tum valere, post vero factum inualidum esse, putamus.

*Auth. ingressi & auth. si qua mulier. C.de SS. Eccles. ubi Dd.
Nouel. 123. c.38. Nouel. s. c. s. Schneid. in §. fin. n.9. Inst. quib.
non est permis. Vigl. in pr. Inst. d 1.n.6.*

13. Ad testamenti dispositionem quoq; non admittitur de statu suo dubitans *a*, damnatus ad mortem *b*, & ob carmen famosum *c*, deportati *d*, haeretici eorumq; receptatores *e*, manifestè Usurarii *f* & perduellionis Rei *g*.

*a l.14. & seq. ubi Cuiac. ff. b. t.l.1. de leg. 3. l.6. §. 8. de iniusto
rupto. b l.8. §. 1. ff. b.t.l.2. ff. de publ. Iudic. Secus si prouocauerit
& appellatione pendente iestatus fuerit. l.13. §. 2. b.t. d.l.6. §.
8. Duar. hic c. 3. ubi tamen aliquos casus excipiit. Schneid. §.
fin. n.1. Inst. d.t. c.l.18. §. 1. ff. qui test. fac. l. 21. in pr. ff. de testib.
l.5. §. 10. ff. de iniur. d d.l.8. §. 2. l.1. §. 2. de leg. 3. l.1. C. de he-
red. instir. quibus relegatum in insulam non annumeramus. d.l.
8. §. 3. Clar. in §. testamentum. quest. 22. neq; cum qui ad tempus
in opus publicum datus est. l. capitalium §. catere. ff. de pæn. Hi
enim ciuitatis ius non perdunt l. 7. §. 3. de releg. & interdict.
e l.4. §. ergo. cum auth. credentibus C. de heretic. c. excommu-
nicamus. §. credentes ext. de hereticis. Schneid. in §. fin. n.7. Inst.
quib. non est permis. f c. quanquam de usur. in sexto. Vigl. in
§. fin. Inst. d.t. g arg. l. pen. & vlt. C. ad l. iul. Maiest.*

14. Hodie autem iure an damnati ad mortem ius te-
standi habeant, quæ situm memini? Negatiuae subscribimus.

*Pet. Fab. in l.97. de R. I. Cuiac. consult. 25. per l.1. & 2. de leg. 3. &
ad l.8. ff. b.t. Don. 6. com. 16.*

15. De rebus nostris non verò alienis, testamenta ut fie-
rent prouisum est *a*. An autem quemadmodum vasallus feu-
dum testamento relinquere nequit *b*, idem de Emphyteusi
sit accipendum, dubium mouet. Negatiuae adstipulamur *c*.

*a l. cum pater 77. §. 24. de leg. 2. l. 54. de R. I. l.13. Cod. de Testam.
VVes. in II. na. 9. ff. b.t. quod ramen ad legata non referimus. §. 4.
Inst. de leg. ubi Dn. Borch. l.2. C. eod. b c. 1. de success. feud.
in pr.*

in pr. & §. filiam c. 1. s. alienare qual. ol. feud. por. al. c Borch.
de feud. c. 3. nu. 42. Donell. 9. com. 14. Clar. in §. Emphyteusis q.
15. Conan. 7. com. 12. n. 10. arg. §. adeo Inst. de locat. & conduct.

16. Præter has enumeratas personas, & si quæ sunt plures, quibus expressim testamenti ordinatio non denegatur, cæteras omnes, licet corpore sint ægræ, modò mente sanæ rectè suprema moderamina condunt.

l. senium. 3. C. qui testam. fac. poss. Duar. ff. b. t. n.

17. In primis autem cum heredis institutio præcipua pars, imo caput & fundamentum testamenti sit *a*, testator liberos suos heredes scribere, aut nominatim exheredare hodierno iure tenetur *b*, ingratitudinis causa inserta *c*.

a S. ante 34. Inst. de legar. l. 1. in fin. de vulg. & pup. subst. l. 30. ff. de lib. & posth. b S. sed hac. Inst. de exher. liber. l. 4. C. de lib. præter. An autem posthumus adhuc hodiè exheredari queat, questio est hoc loco non aliena? Nego; cum nulla ingratitudinis causa in ipsum cadat. l. 33. Cod. de inoff. testam. l. 55. in fin. ff. de fidei-com. libert. auth. non licet. C. de lib. præter. Figl. n. 9. in §. posthumi Inst. de exhered. liber. Quid si fuerit præteritus? Agnationale hu-ius testamentum rumpitur. l. 1. C. de posth. hered. inst. §. 1. Inst. de exher. liber. modò iusto tempore perfectus & viuis in lucem fuerit editus licet illuc in manibus obstetricis, etiam ante SS. Baptisma-tis initiationem viuis exemptus. l. 2. & 3. Cod. de posthum. her. inst. vbi Gothofr. l. 14. ff. de stat. hom. Sustineri tamen testamentum na-tiuitate posthumi ruptum, si clausula codicillaris fuit adiecta, Ca-meræ stylo receptum est Gail. 2. obs. 14. n. 4. & seqq. c Nou. II. 115. c. 3. Hinc sparsa & varijs opinionum anfractibus inuoluta se se offert questio, an ex alijs aequâ gravioribus vel maioribus, præter 14. expressas in d. Nou. 115. c. 3. causas, exhereditatio fieri possit? Quod contra expressa Iustinianæ constitutionis verba non facile affirmandum induco.

18. Et quemadmodum non omnibus testamenta conden-

di facultas permittitur: Ita non omnes ad ferendum in eo testimonium habiles & idoneos esse constat. Quidam enim nominatim testes hic esse prohibentur.

§. testes. Inst. de test. ord. l. 9. l. 18. ff. de testib. Durar. hic c. 7. in pr.

19. Vbi primò occurrit mulier a, seruus b, Impubes c, furiosus d, prodigus e, & cæteri omnes quos lex improbos & intestabiles declarat f.

a licet enim in iudicio l. 18. de testib. imò etiam in criminalib. l.
2. de Accusat. mulieris testimonium recipiatur: tamen in nostro casu aliud est constitutum. l. 20 §. mulier ff. b. t. §. testes. Inst. eod.
b d. §. testes. d. l. 20. §. seruus, nam omnino à turis civilis communi-
nione expers est: si tamen communi opinione tempore conditi te-
stamenti pro libero habitus fuerit, sustinetur testamentum §. sed
cum aliquis. Inst. d. t. l. 1. C eod. l. 22. §. 1. ff. b. t. c d. §. testes. Inst.
de test. ordin. d d. §. testes d. l. 20. §. ne furiosus ff. d. t. e dd.
locis & l. 18 ff. b. t. f d. l. 18. & l. 26. ff. qui test. fac poss.

20. Heres quoq; cum de ipsis commodo agatur, testis in testamento non rectè adhibetur a. Vnde patet, filium in testamento patris & patrem in testamento filij testes nullo modo esse posse b, (neq; post missionem in testamento de peculio castrensi vel quasi c,) licet in alieno negocio testes si-
mul admittantur d.

a §. sed neq; heres. Inst. d. t. d. l. 20. in pr. legatarijs tamen &
dei commissarijs id specialiter est permisum. §. legatarijs. Inst. b. t.
b d. l. 20. §. 1. quod & ad fratres referimus. d. §. sed neq;.
(c arg. l. 9. cum seq. ff. de testib. text. expressus in §. testibus. 9.
Inst. de test. ordin.) d l. 22. in pr ff. b. t. non enim est interdi-
ctum ex una domo plures testes negocio alieno adhibere. d. §. testi-
bus in fine.

21. Monachus an à testimonio dicendo hic repellatur,
inquirere lubet? Negatiæ accedimus

Vigl. in §. testes. nu. 12. & ibid. Myns. nu. 10. Inst. d. t. probationum
enim

593

enim facultas non angustanda sed dilatanda & amplianda est l.
21. in si. C. de heretice. b Manich. Clar. d. §. testam. q. ss. n. 7.

22. A testibus requiritur, ut testamentum proprio chirographo subscribant a, annulis characterem habentibus, licet alienis ob signent b, maneat q; donec contestatio ultima absoluta fuerit c, & apertis publicatisq; tabulis sigilla sua recognoscant d.

a l. singulos. 30. ff. b. t. b d. l. 22. §. 2. & 5. eod. §. sed nunc Inst. d. t. c d. l. 20. §. 8. ff. b. t. nisi morbus aliquis aut alius casus impedit l. 8. C. de testam. Si enim in iuri detineantur, testamentum vitiari constat d. l. 20. in si. an autem uno vel duobus ex testibus, ante testamenti publicationem defunctis inualidatur? minimè, l. 6. C. testam. quemad. aper. d l. cum ab initio & l. seq. ff. test. quemadmod. aper. & testam. semel apertum, lices originale vel authenticacharta postea amittatur, valet l. 2. l. 11. ubi Gotthofr. C. de testam. Apertarum autem tabularum testamenti inspiciendi & describendi potestas nulli cui interest denerari debet l. 1. ff. testam. quemad. aper. VVes. in par. n. 2. eod.

23. Dictarum solennitatum numerum interdum tamen remitti non incognitum est, ut rusticis si ruri testentur a, parentibus si inter liberos b, item in testamento ad pias causas c, quod tempore pestis ordinatur d, & in illo quod principi vel magistratui offertur, ac si que insinuatur e, item quod fit secundum loci alicuius consuetudinem f.

a Vbi quinq; sufficere placuit, si maior numerus haberi nequit l.
fi. C. h. t. Clar. d. §. q. 5. b l. 21. §. ex imperfecto ubi Gotthofr.
C. d. t. Gail. 2. obs. 112. n. 1. Myns. 3. obs. 20. n. 3. ubi duorum te-
stimonium requirunt. c c. cum esses. & c. relatum ext. eod. nam
solo etiam nutu pie quid relinqu potest. Clar. d. §. q. 6. n. 1. & 7.
d hic tres vel duo si plures non reperiuntur sufficiunt, qua senten-
tia ut equior ab Imp. Camere assessoribus approbata est teste Gail. 2.
obs. 118. n. 18. e l. omnium. 19. C. h. t. Duos tamen & hic ad
proba-

probationem sententiae Principis vel Iudicis ex sententia Bartoli
requirit Schneid. n. 17. Inst. de solennitat. testam. f. l. si non. 9.
C. d. t. Virum verò talis dispositio testamentaria iuxta alicuius lo-
gi consuetudinem facta ubiq. valida sit, & sustineatur inter Dd.
non adeò conuenit? Nobilis. Dn. Gailio 2. obs. 123. & Dn. Myns.
s. obs. 20. affirmantibus accedimus.

24. Præterea milites quoq; cùm propter imperitiam &
simplicitatem, tūm propter varia pericula, quæ pro salute
Rerum publ. subire coguntur ad strictam & accuratam illam
in testamentis ordinandis obseruationem, non astringun-
tur: sed quocunq; modo voluerint & potuerint, ex D. Traia-
ni rescripto testamenta condere his permisum est a: Ita ta-
men ut de eorundem constet voluntate b.

a pr. & s. 1. Inst. de test. mil. vbi Vigl. n. 6. & DD. com. l. 1. ff.
eod. l. 3. C. d. t. Gail. 2. obs. 118. n. 7. quod de illis qui in expedi-
tionibus sunt occupati & in castris degunt accipendum est. s. sed
hactenus Inst. b. t. d. l. 1. ff. d. t. l. ne quidem. 17. C. eod. adeo ve-
stiam si in vaginā vel clypeo aut alia quacunq; materia literis san-
guine suo rutilantibus annotauerint, vel gladio pulueri terræ in-
scripserint, quod post mortem suam fieri velint, omnino valeat. s.
plane inst. d. t. l. 15. C. eod. Hoc nostris temporibus, pro Christia-
na & Imperij Romani salute dimicantibus competit Vigl. in rubric.
n. 14. Inst. de milit. test. Gail. 2. obs. 118. n. 1. & 2. Specul. in tit.
de procur. s. 1. n. 31. Testamentum autē in castris non secundū com-
munisuris dispositionem, sed quocunq; modo conditū post missionē
(modo non ignominiosam) post annum valere verius. d. s. s. sed
& hactenus instit. h. t. vbi Vigl. n. 3. l. 38. ff. eod. l. 26. ff. d. t.
nonandum præterea, si non sub ipso prælii vel conflictus periculo testē-
tur, sed in castris, ad minimum duos testes licet non rogatos adhi-
bendos esse d. s. plane. Inst. b. t. l. 24. l. 40. in pr. ff. eod. si extra
castra vel post missionem testantur, priuilegiis militarib. non am-
plius

plius gaudent, sed iure communi testari debent d. s. sed bacte-
nus. l. pen. l. vlt. C. h. t. b. d. pr. & s. i. Inst. d. t. l. i. in pr. ff. cod.

25. Notandum hic amplius, testamentum antē militiam non rite factum confirmari, si miles in expeditione degens illud resignarit, adiectis vel detractis quibusdam, vel si alias clarè ostenderit, velle se priorem suam voluntatem stabilem & ratam esse.

tum enim valet ex noua quasi militis voluntate s. sed & si quis Inst. h. t.
l. 20. s. i. l. 15. s. 2. l. 9 ff. cod. l. conficiuntur. s. s. 4. ff. de Iure codicill.


26. Restat ut de infirmatione testamētorū pauca subiungamus, quæ dupliciter contingit, aut enim testamenta rumpūtur, aut irrita fiunt: Rumpūtur aut adgnationē sui heredis a, aut mutatione, h. e. posteriore testamento iure perfecto b.

a. pr. & s. i. Inst. quib. mod. test. in firm. ubi DD. & Cuiac in not.
Vlp. in fragm. tit. 23. in pr. & s. i. l. 3. ubi Godofr. ff. de iniust. rupto.
& non tantū per veram nativitatē quis suus heres efficitur, & te-
stamentum rumpit, sed etiam quasi agnascendo existunt parentib.
sui heredes, ij. qui in locum suorum parentum ex potestate remotorū
succedunt, a quibus consequenter testamentum rumpitur. s. post hu-
morū. Inst. de Exher. liber. l. 13. ff. de Iniust. rupio. ut & per ciu-
lem agnationem, arrogationem sc: & adoptionem. l. verum. s. in
pr. ff. cod. s. i. Inst. quib. mod. test. b. d. l. i. ubi Cuiac. l. 3. ff. d. t. s.
posteriore. Inst. d. t. licet prius similiter iure sit conditū ac posterius,
hoc tamē priori prefertur. s. sed & si quis. Inst. d. t. ubi Vigl. & Dd.

27. Si tamen rite condito priore testamento, secundas tabulas ordinare quis incepit, & morte p̄raeventus, eaſdē non absolverit: priores ex D. Pertinacis oratione validæ sunt; si non in posteriori testamento heredes sint instituti hi, qui alias ab intestato erant successuri, quo casu imper-
fectum posterius priori perfecto p̄fstat.

s. ex eo autem. Inst. h. t. l. 2. ff. de Iniust. rupio irrito.

28. Irrita constitūuntur testamenta, si testator capitis di-
minutionem passus sit a, vel si heres adire hereditatem nolu-
erit



erit b aut si ex parte testamentum à testatore consultò delatum; inductum, vel inscism sit c.

a s. alio autem. ubi Myns. & DD. Inst. b. t. l. 6. § irritum cum aliquor seqq. l. s. §. 1. ff. de iniustō rupto: quod testamentum tamen interdum sustinetur, vel iure postliminy l. 6. §. 12. ff. eod. l. 22. in pr. & s. 1. ff. de capt. & postlim. reuers. vel ex l. Cornelia l. 12. ff. qui rest. fac. l. filiusf. 37. ff. de rest. mil. b. d. l. 1. ff. b. t. l. 12. §. 5. ff. de bon. libert. c. l. pen. & vlt. & tor. tit. ff. & C. de his que in rest. del. ubi Cuiac. & VVes. in par.


29. Ultimò addendum codicillum esse imperfectiorem seu minus solennem nostræ voluntatis ordinationem, absq; heredis institutione, testati vel intestati vigorem habentē a coram quinq; testibus factam b, omnibus testamenti faciendi facultatem habentibus concessam c, quā nec dari nec adimi hereditas directò potest, quamuis per fideicommissum ex benignā interpretatione codicillis ea iure relinquat poflit d.

a Cuiac. in parat. C. de Iur. codicil. & parum refert licet plures fint reperti codicilli modo non fint contrarii, quo casu posteriorib. creditur l. 6. §. 1. & 2. ff. de Iur. codicill. l. 3. C. de Codicill. §. fin. Inst. eod. ubi Myns. n. 1. & Schneid. n. 4. b licet non fint rogati. l. vlt. in fi. C. d. t. ubi & mulier testis esse potest arg. l. qui testamento. §. mulier. ff. qui test. fac. poſſ. Borch. in tit. Inst. de codicill. Schneid. in pr. Inst. eod. n. 3. & seqq. c. l. 3. §. codicillos. 3. l. 8. §. codicilli 2. ff. d. t. Schneid. in pr. Inst. hic n. 34. d. §. codicillis Inst. d. 2. l. 2. in fi. l. 10. ff. eod. l. pen. §. 1. ff. de condit. instit. nisi à milite, dispositione parentum inter liberos, & piis causis. l. 36. ubi Br. n. 2. ff. de restam. mil. l. 1. & ibi Bl. C. de SS. Eccles. Myns. in d. §. codicillis n. 7. Inst. de codicill.

F I N I S.

380/44/52654(2)

X13<4452654200019



colorchecker CLASSIC

